



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

8. Die Stadt Rostock bekundet ihre Verpflichtung, den Markgrafen Otto und Hermann, dem Herzog Otto von Stettin und den Herrn Nicolaus von Werle und Heinrich von Mecklenburg 5000 Marck zu zahlen, am ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

fakere, Nach dher bort vnf herren godes Dhufent jar, twe hundert jar vnde in dheme feften vnde neghentich jare, dhesh dhinstem daghes na funte vrbanes daghe.

Nach Eubendorf a. a. D., S. 89.

8. Die Stadt Rostock bekundet ihre Verpflichtung, den Markgrafen Otto und Hermann, dem Herzog Otto von Stettin und den Herrn Nicolaus von Werle und Heinrich von Mecklenburg 5000 Mark zu zahlen, am 26. November 1299.

(Aus einem Transsumt des Klosters Kolbaz vom 23. Juli 1346.)

Universis Christi fidelibus, ad quorum notitiam presentes littere pervenerint, fratres Gozwinus, Abbas, Ludolphus, Prior, Nicolaus, Cellerarius, et Johannes, Subprior, monasterii de Colbaz ordinis Cystericiensis caminenfis dyoeseos salutem cum generacionibus in Christo devotis. Universitati vestre presentium insinuatione cupimus esse notum, quod nos prenominati cum ceteris dicti nostri monasterii senioribus, de mandato illustris Principis Domini Barnym, Stetinensis, pomeranie, flavie et cassubie ducis, ad hoc specialiter congregati, vidimus, audivimus et coram nobis legi fecimus quoddam instrumentum obligationis, cujus tenor sequitur in hec verba. Nos Consules universi novi et veteres, nec non communitas civitatis Rostoc, presentibus publice recognoscimus et testamur, nos obligatos fore ad solvendum illustribus principibus videlicet dominis Ottoni et Hermanno, Marchionibus de brandenborgh, Ottoni, duci Stetynensi, Nicolao de Werle et Henrico Magnopolensi quinque milia marcarum puri argenti, quam quidem pecunie summam ipsis expedite persolvere promisimus in prima Dominica Invoavit quadragesime nunc instantis, Ita tamen, si paratam pecuniam in tali termino habere nequimus, pannos et varium opus pro ipsa dabimus pecunia, Ita quod quilibet pulcher pannus pro quatuor marcis puri fertone minus computetur et quodlibet Timber varii pro tribus fertonibus puri similiter computetur. Promittimus etiam eisdem Nos, una cum domino nostro Nicolao de Rostoc conducere bona fide pro omnibus, qui faciunt, vel dimittant aliquid nostri causa, ad locum quem prefati principes duxerint eligendum. In cuius rei certitudinem plenior et cautelam scriptum presens dedimus civitatis nostre sigillo ut cernitur communitum. Actum et datum Rostoc, Anno domini M. ducentesimo nonagesimo nono, In crastino beate Katharine virginis. Et nos de iussu incliti principis domini Barnymi supra dicti in testimonium premissorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Colbaz, Anno domini millesimo CCC. quadragesimo sexto, In crastino beate marie magdalene.

Rostock'sche wöchentl. Nachrichten vom 20. Januar 1753.